



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae  
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij  
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,  
in ciuitate || ...**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 600 [i.e. 1600]**

**VD16 R 3400**

Cap. XXII. Falsos prophetas esse arbores infructuosas, bestias malas,  
camelos, canes, caneros.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

---



---

QVIBVS RE-  
BVS ET ANIMALIBVS  
COMPARENTVR FALSI  
PROPHETAE.

## CAPVT XXII.

FALSO S P O P H E T A S  
esse arbores infructuosas, be-  
stias malas, camelos,  
canes, caneros.

*1. arbores  
infructuo-  
se.* PRIMVM hic est quod arboribus infructuosis & autumnalibus comparentur vt D. Iudas in sua epistola ait versu 12. Hi sunt arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, id quod capite superiore septimo, fol. 69. latius explicauimus, sicut pro secundo, eodem capite 7. fol. 73. ostēdimus ex D. Paulo Tit. 1. 12. esse malas bestias.

*2. bestia  
mala sūt* Tertiò hos similes in limpidissimis aquis turbandis, camelis esse, capite septimo fol. 63. docuimus. Quibus adde tam ex Plinio lib. 8. cap. 19. naturalis historiæ, quàm ex Aristotele lib. 14. de animalibus camelos ardentissima agitari libidine, vt  
*5. Came-  
li sunt &  
quare.* de his

de his falsis prophetis cap. 17. & 18. ostendimus. Ad prælia item sunt aptissimi. Hinc Lutherum capite 9. fol. 93. bellicosum depinximus. Odio naturali feruntur erga equos generosos: & cibo vtuntur, materia partim spinosa. Est enim spinis plenum nouum Euangelium, quæ suffocant verum verbum Dei à Christo & Apostolis acceptum. Inter animalia immunda censentur Deut. 14. 7. Gibbosum & elatum est animal, ad thesauros ferendos accommodum. Hinc Isai. 30. 6. *Portantes, inquit, super humeros iumentorū diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos: & ad populum qui eis prodesse non poterit. Et tandem erunt hi cameli Ier. 46. 32. in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus. Et maximè super eos, qui colant culicem, Matth. 23. 24. & deglutiunt camelum.*

Quartò similes sunt canibus, si vitia 4. Canicæ canum spectes. Vbi primò sacræ literæ eorum bolismum aut insatiabilem famè describentes, sic tradunt Isai. 56. 10. *Specula: 1. Fame-tores eius, prophetas intelligit, cæci omnes, lici. nescierunt vniversi: canes muti non valentes*

larrare videntes vana, dormientes & amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Itane est vt scribit Ifaias? esse dixeris, si eorum gastrimargiam & gulam ad caput 14. superius traditam examinaueris. Sed hi etiam postmodum famem pariuntur vt canes, Psal. 58. 7. 15. 2. canis adulationi studet. Hinc cap. 20. ostendimus falsos prophetas consuere puluillos sub omnium axillis. 3. canis inter notos audax, & animosus, omnesq; obuios mordere nititur: inter extraneos ne mutire quidem est ausus. Vide quæ diximus cap. 10. quantum fugerint conspectum generalium Cõciliorum. 4. Carniuorum est animal. Hinc 3. Reg. 14. 11. *Qui mortui fuerint de Ierobam in ciuitate, comedent eos canes. Et cap. 16. 4. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes, cap. 21. 23. Canes comedent Iezabel in agro Iezrael. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres celi.* quod impletum est 4. Regum. 9. 36. Quantum esca carniū delectentur falsi prophetæ, ex superioribus patet. 5. sanguinolentum est animal. Hinc desiderio tenentur lingendi sanguinis, sic 3. Reg. 21. 19. loquitur Elias Thef- bites

2. Adu-  
latur.

4. Car-  
niuorum  
animal.

5. sangui-  
nolentū  
animal.

bites ad Achab: *Hac dicit dominus, Occidisti in super & possedisti. Et post hac addes. Hac dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Quod factum est ibidem cap. 22. 38. Vide quæ capite 8. & 15. de falsis prophetis diximus Sextò, ira exandescunt, & tanto vindictæ feruntur affectu, ut in lapides in eos proiectos subita ira rapiantur: dentesque tanta vi in eos infigant, ut proprios dentes & lædant, & nonnunquam frangant. Hinc communi sermone tritum Prouerbum apud Plin. lib. 9. cap. 5. *Canis mordens lapidem.* Ad hanc rem faciunt, quæ cap. 12. de illorum & ira & furore diximus. 7. Libidinosum est animal, ut de falsis prophetis cap. 18. docuimus. Hinc etiam est, quod in sacris literis pretium canis tam vili conditione, quàm impudicæ mulieris habeatur. Vnde Deut. 23. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod vouerint, quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum.* 8. In rabiem vertuntur, ita ut homines dilacerent. *Visitabo, inquit, Dominus Ier. 15. 3. super eos 4. species, dicit Dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, &c.*

6. iracundum & vindictiuum animal.

7. libidinosum animal.

8. rabidum animal.

9. *sub lin* Nonò, teste Plinio loco citato, sub lingua  
*gua ha-* eorum est vermiculus, qui græcè Lytta di-  
*bent vero* citur, qui facit canes rabidos. De pseudo-  
*vermiculū.* prophetarum lingua cap. 2. egimus. *Lin-*  
*guis enim suis dolose agunt,* Psal. 5. 11. & 13. 3.  
*& sub lingua eorum labor & dolor.* Psal. 9. 7.  
 quibus Psal. 49. 19. *concinabunt dolos. Lin-*  
*gua enim eorum,* Psal. 56. 5. *gladius acutus,*  
 Sub hac est vermis blasphemix in Deum  
 & sanctos eius. Sic Isaias 3. 8. *Ruit Ierusa-*  
*lem, & Iudas concidit: quia lingua eorum &*  
*adinventiones eorum contra Dominum.* De  
 horum blasphemijs cap. 7. fol. 74. & 75.

10. *infici-* 10. Rabie & veneno suo alios inficiunt.  
*unt alios.* Hinc Plinius lib. 29. Naturalis historix c. 5.  
*Tanta, inquit, vis mali est, ut urina quoque*  
*calcata rabiosi canis noceat, maxime vlcus ha-*  
*bentibus.* Sic nihil est in rabido cane & fal-  
 sis prophetis nõ exitiale, etiam alijs pedem  
 in eorum vestigijs figentibus. Multi enim  
 prophetæ cùm in Ecclesiæ gremio consi-  
 sterent, & Dominico gregi prodesent: in  
 rabiem hæresis postmodum acti, facti pseu-  
 doprophetæ gregi certissimo exitio fue-  
 runt: vt grex ipse cum Dauide dicere pos-  
 sit illud Psal. 21. 17. *Circumdederunt me ca-*  
*nes multi: concilium malignantium obsedit me.*  
 Erue ergo vers. 21. à framea Deus animam

*vocata,*

meam: & de manu canis unicum meam.

11. Vmbra canes rabidi ferre nequeunt, illam enim allatrant: Sic falsi prophetae neq; sub vmbra alarum Domini Psal. 16. 8. protegi cupiunt, neque sub ea Psalm. 56. 2. sperant vnquam: neq; ad vmbra D. Petri miracula patrantis Actor. 5. 15. confugiunt, sed cum conuitijs laceffunt: Catholicis interim cum sponsa caelestis regis dicentibus Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius quem desidero, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Et cum Ieremia Thren. 4. 20. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in gentibus.* 12. Impudentissimum est & foetidissimum animal iterumq; rediens ad ea quae euomit, vt est Prou 26. 11. ad quod etiã alludens D. Petrus 2. Pet. 2. 21.

*Melius erat illis, inquit, non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud veri pro- uerby: Canis reuersus ad suum vomitum: & Sus lota in volutabro luti.* Videte, inquit Paulus, canes, Phil. 33. 2. *videte malos operarios.* 13. Canes etiam non rabidi à celebrioribus conuiujs expelluntur. Foris enim Apoc. 22. 15. *canes, & venefici, & impudici, & homicida, &*

11 vmbra  
suam nõ  
ferunt.

12. Impu-  
dentes  
sunt.

13. ad cõ-  
uiuia ce-  
lebriora  
nõ admit-  
tuntur.

Ca 5 cida, &

micida, & idolis seruientes, & omnis qui amat  
 & facit mendacium. Quæ omnia conue-  
 nire falsis prophetis, fatis superq; ostendi-  
 mus. 14. id quod est medicina hominibus,  
 mors est canibus. Coriandrum liqui-  
 dem, vt tradit Plinius lib. 20. cap. 20. &  
 contra serpentum, & maximè amphibi-  
 orum morsus, & contra varios alios mor-  
 bos & tumores præsentissimum est reme-  
 dium: canibus verò semè est venenosum.  
 Nam eos interficit, si ab eis aliquoties su-  
 matur, teste Isidoro lib. 17. & Papiæ, & a-  
 lijs. Hinc Coriandro simile olim fuit mā-  
 na, vt est Exod. 16. 31. Num. 11. 7. Cori-  
 andrum enim testibus supradictis semen  
 est candidum, miraculum medicinale,  
 odoriferum si integrum est: contritum  
 manibus, foetet. Manna & sacra Euchari-  
 stia, candidissimus splendor gloriæ & sub-  
 stantiæ patris cælestis nobis missus, mini-  
 mus puerulus factus, & vt panis angelorū  
 datus infirmis viatoribus à latronibus se-  
 miuiuis relictis, & vt omnis saporis, ita &  
 odoris suauitatem in se continens, se præ-  
 bens Catholicis, à quibus non contractus  
 non diuisus, sed integer accipitur. Si verò  
 sanctum hoc detur canibus, falsis prophe-  
 tis, ab his comminuitur, diiudicatur cum  
 foetore

14. moris  
 untur ex  
 corian-  
 dro,

Corian-  
 dro simi-  
 lis Eu-  
 charistia.

fectore & fastidio : sic à Iudæis māna. Hinc eorum de manna vox Num. II. 6. *Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* Et c. 21 5. *Anima nostra nauiseat super cibo isto leuissimo.* Similis de sacrae Eucharistiæ promissione sentētia Capharnaitarum. Hinc Ioan. 6. 41. *Murmurabant Iudæi de illo quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de calo descendi.* Et v. 52. *Litigabant Iudæi ad inuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnē suā dare ad manducandū?* & v. 59 *Multi ergò audientes ex discipulis eius dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Ecclesia interim cum D. Petro v. 68. dicente, *Domine ad quem ibimus? verba vite aeternae habes.* Hoc secuti Corinthij, qui vel non iudicabant corpus Domini I. Cor. II. vel indignè sumebant. *Ideo, inquit v. 30. inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* *Nolite ergò, Matth. 7. 6. sanctum dare canibus : neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.* Quod & D. Augustini tempore contigisse notat Optatus Mileuitanus, & nostro seculo D. Laurentius Surius, & Tilemannus Brendenbachius in suis collationibus sacris lib. I. capite 23.

Quintò

5. sunt cā  
cro simi-  
les.

Quintò, similes sunt cancro, siue morbum, siue animal spectes. Si morbum, huius testis D. Paulus 2. Timoth. 2. 17. *Multum, inquit, proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.* Morbus, inquit D. Chrysostronus homil. 5. in 2. ad Timoth. *horrendus, & qui medicina curari nequit, sed omnia indies corrumpit ac perimit: ideo nullum ei remedium valet adhiberi: ostendens per hac eos corrigi emendariq. non posse, qui sponte à veritate aberrarunt.* Hæc ille, alludens ad id quod Eccle. 7. dicitur, *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.* Si cancrum animal spectes, vide quæ de eorum natura tradat Plinius lib. 9. naturalis hist. cap. 31. & facile omnia ex præcedentibus accommodabis falsis prophetis, quæ breuitatis causa omitto.

\* \*  
\*



CAPVT